



UNIVERSITÄTS-
BIBLIOTHEK
PADERBORN

Universitätsbibliothek Paderborn

De Collegiis Canonicoꝝ Per Germaniam, Belgivm, Galliam, Hispaniam, Italiam, Aliasqve Orbis Christiani Prouincias, Liber Singvlaris

Le Mire, Aubert

Coloniae Agrippinae, 1615

Capvt XXXVIII. S. Vualbvgis Collegivm Furnense in Flandria.

urn:nbn:de:hbz:466:1-11227

CAPVT XXXVIII.

S. VVALBURGIS COLLEGIVM

Furnense in Flandria.

FVrna insigne est Flandriæ opidum, in quo splendidum est hodie Canonicoꝝ Collegium, quod olim Benedictini instituti monasterium fuit. De cuius origine hæc ferè Meyerus in Annalibus Flandriæ. *Anno circiter IOCCCLXX. Balduinus ferreus Flandriæ Comes, Carolū Caluum Francorū Regem comitatus in Sueuiã, deportauit inde secū corpora SS. Vualburgis, ac fratꝝ eius Vuillibaldi & Vuinniboldi, eaq; magno cū honore Furnis seruanda tradidit, tēplo sacerdotibusq; ad id institutis, Benedictini nominis, qui postea Canonici facti sunt. De hisce Diuis vide Mart. Rom. 1. Maij, & 7. Iulij, itemq; Natales Belgicos Molani.*

Ceterum Furnensis collegij Præpositurā à nobilissimis olim viris administrari solita, vnita nunc est cum Episcopatu Iprensi.

CAPVT XXXIX.

ANDLOVVENSE COLLEGIVM CANONISSARUM in Germania.

ANdlovv, antiquitus Andelahā, ab eiusdē nominis Fluuio, vel Helionis cenobium in pago Helifatia, S. Fabiano, & Felicitati sacrum, Canonissarum celebri loco natarum opulentum collegiū, ad montana Vosagi sitū, pro XII. Canonissis, totidēq; Canonicis fundatum.